

DECRET.

MARIANOPOLITANA.

Dubium VII. In Ecclesiis ubi chori obligatio non existit ac solemnis expositio Quadraginta Horarum peragit ex mandato Ordinarii, juxta ordinationem Clementinam queritur :

1º Utrum prima et tertia die si non cantata fuerit altera missa conformis officio currenti debeant in Missa votiva Sanctissimi Sacramenti quælibet commemorationes omitti ? An vero celebrans sub distincta conclusione cantare teneatur, tum orationem Missæ de die, quamvis sit de Vigilia communi de qua nihil fit in duplice primæclassis aut de die infra octavam festo simpliei, aut feriæ communi, quorum commemoratione locum non habet in duplice secundæclassis, tum ceteras commemorationes speciales quæ adderentur in Missa currenti V. G. de Dominica per annum, de die infra octavam.

2º An secunda die quando missa pro pace, seu alia votiva rite assignata celebratur, collecta Sanctissimi Sacramenti sub unica conclusione orationi missæ adjuncta commemorationes, omit tendæ sint, an non, uti supra quæsitus est ?

3º Utrum si primam vel tertiam diem impeditam esse contigerit  
(a) Commemoratio Sanctissimi Sacramenti post orationem Missæ sub unica conclusione semper cantanda sit, non exceptis feriæ V in Cœna Domini Sabatho Sancto ac Festo Sacratissimi Cordis Jésu ?  
(b) Adjungi debeant sub distincta conclusione servato ritu Missæ intrinseco, singulæ commemorationes tum speciales tum communes, quæ in eadem missa si cantaretur extra solemnis Expositionis tempus essent faciendæ ?

4º Utrum si pari modo secunda dies fuerit impedita, adjiciendæ sint tum oratio missæ pro pace, seu alterius légitime assignatae, tum collecta Sanctissimi Sacramenti ? Et quatenus affirmative, quisnam locus utriusque orationi sit assignandus ?

5º An feria IV Cinerum in una ex tribus supradictæ Expositionis occurrente, tonus ferialis in cantu orationum, Præfationis et Pater noster sit adhibendus ? Utrum omittenda sit oratio supra populum ?

Ad VII. Quoad primam, secundam, tertiam et quartam quæstionem serventur rubricæ, et Clementina Ordinatio scilicet, in missa votiva Sanctissimi Sacramenti pro solemnii ejusdem expositione ac repositione, omittenda est quælibet commemoratione et Collecta. Infra Octavam Ssmi Corporis Christi missa erit de eadem Octava, cum Sequentia et unica Oratione, absque commemorationibus et collectis. In Dominicis vero privilegiatis primæ et secundæ classis, in festis pariter primæ et secundæ classis.

Feria IV Cinerum, Feriis secunda, tertia et quarta Majoris Hebdomadæ (a manè enim Feriæ Vad manè Sabbathi Sancti a prædicta